AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 145r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



duorum hominum aliquid tamen
significare uoluisse. quod
in uno homine quererent.
De eorum sententia qui in uno
homine mentem in persona uiri
sensum autem corporis in persona
mulieris accipiendum esse
dixerunt.

Nec me fugit quosdam
qui fuerunt ante nos
egregii defensores catho
lice fidei. et diuini eloqui
tractatores. cum in homine
uno cuius uniuersam ani
mam bonam quendam para
disum esse senserunt. duo
ista requirerent. uirum
mentem mulierem uero dixisse
corporis sensum. et secundum
hanc autem distributionem
qua uir ponitur mens.
sensus uero corporis mu
lier. uidentur apte omnia
conuenire si considerata
tractentur. Nisi quod
in omnibus bestiis et uola
tilibus scriptum est. Non esse
inuentum uiro adiutorio
simile illi. et tunc est ei mu
lier facta de latere. propter
quod ego non putaui pro
muliere sensum corporis esse
ponendum. quem uidemus
nobis et bestiis esse communem
sed aliquid uolui. quod
bestie non haberent. sen
sumque corporis magis
pro serpente intellegenda
existimaui. que legitur
sapientior omnibus pecoribus
terre. In eis quippe na
turalibus bonis. que nobis
et rationabilibus animan
tibus uidemus esse communia.
uiuacitate quadam sensus
excellit. Non ille de quo
scriptum est in epistola que est ad
ebreos. ubi legitur perfec
torum esse solidum cibum. qui per
habitum exercitatus habent
sensus ad separandum bonum
a malo. Illi quippe sensus
nature rationales sunt
ad intellegentiam pertinen
tes. sed iste sensus qui est
quinque pertitus in corpore.
per quem non solum a nobis.
uerum etiam ab bestiis cor
porali specie motus qui
sentitur. Siue isto. siue
illo. siue alio aliquo mo
do accipiendum sit. quod
apostolus uirum dixit imaginem
et gloriam dei. Mulierem
autem gloriam uiri. Apparet
tamen cum secundum deum